

*Æger es, Et putres languent tibi corporis artus?  
Te statim in thermis ablue, sanus eris.  
Quî tamen id fiat, novi, miraberis hospes:  
Rimare: haud facilis res ea visat tibi est.  
HORSTIVS herbarum dominus, Floræq; sacerdos  
Indagavit opes, inferre Plute, tuas.  
Hic aperit causas latebras scrutatus opertas,  
Quî calor humori consociatus eat,  
Quas etiam gazas secum vehat unda calescens,  
Vnde Æger sano corpore abire queat.  
Hinc liber hic parvus jucundo munere plenus  
Atq; usu ingentes, ecce! triumphat opes.  
Consule grandiloquos immensa volumina libros;  
Parvulus hic punctum grande libellus habet.*

**CONRADUS BACHMANNUS** Histor.  
& Poëtices Professor, p. t. Collegii sui  
Decanus.